



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Commentarii Exegetici In Apocalypsim Ioannis Apostoli

Viegas, Brás

Parisiis, 1615

De Enoch, & Heliæ resurrectione, & in cælum ascensione. Et post dies tres, & dimidium spiritus vitæ à Deo intravit in eos, & ascenderunt in cælum in nube. Sectio XIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39261**

sti Diuinitatem quasi magnum aliquod corpus non videant, vt non iam lusciosi sed omnino cæci cenferi debeant. Quam caliginē adumbratam fuisse in eo, quod Moyfes loquēs cū Domino auferebat velamen, donec exiret: si quando autem loquebatur ad populū, operiebat rursus velamine faciem suam, vt refertur Exo. 34. expendit Rup. li. 4. in Exod. c. 44. Quis, inquit, diu loquitur Moyfes ad Christū, id est, ad Euangel. Eccles. in qua Christus est, tollit velamen suum, & aperta ostendit faciem: tollit enim litteram occidentem, & spiritum promit viuificantem. Vbi autem legitur in synagoga Iudeorum, operit vultum suum, id est, spirituale legis sensum. De eodēque velamine loquutus est Paul. 2. Cor. 3. cum dixit: *Vsque hodiernum diem id ipsum velamen in lectione veteris testamenti manet reuelatum, (quoniam in Christo euacuatur) sed vsque in hodiernum diem, cum legitur Moyfes, velamen positum est super cor eorum. Tum autem conuersus fuerit ad Dominum, auferetur velamen.* Atque hæc quidem de Ægypto. Cur verò eadem de Hierusalem Sodoma dicatur, inde intelliges: quòd in terra Sodomæ sese in turpitudinis cæno per summam impudentiam volutauerit. Etenim, vt refertur, 2. Mach. 4. præter multa alia, quæ recenferi possent, Iafon frater Onia, cum per ambitionem ab Antiocho Epiphane summū Sacerdotiū obtinuisset, facta sibi à Rege potestate ephēbiam Hierosolymis constituendi ausus est sub ipsa arce gymnasium constituere, & optimos quosque ephēborum in lupanaribus prostituere, vt non iam Hierusalem Sodomam æmulari, sed multò etiam vincere effrænata libidine videtur.

De Enoch, & Helix resurrectione, & in cælum ascensione.

*Et post dies tres, & dimidium spiritus Vita à Deo intravit in eos, & ascenderunt in cælum in nube.*

S E C T I O XIII.

- I. Quantum sectatores Antichristi lætari debeant Enoch, & Helix occisione, atque ignominia, qua eorum corpora per tres diem cum dimidio in plateis Hierosolymorum inhumata iacebunt, tradit Ioannes illis verbis. *Et videbunt de tribus, & populis, & linguis, & gentibus corpora eorum per tres dies, & dimidium, & corpora eorum non sinent poni in monumentis, & inhabitantes terram gaudebunt super illos, & iucundabuntur, & munera mitent inuicem: quoniam hi duo Propheta cruciauerunt eos, qui habitabant super terram.* Cæterum statim Ioannes eorundem Prophetarum gloriam, atque aduersariorum timorem, ac trepidationem commemorat, cum subiungit Enoch, & Heliam, postquam eorum cadauera tribus diebus cum dimidio in plateis Hierosolymorum inhumata iacuerint, rursus magna inimicorum trepidatione surrecturos: tunc voce de cælo delapsa, *Ascendite huc, ascensuros in cælum in nube eadēque hora terræ motum magnum excitandum, decimamque partem ciuitatis, Hierosolymitanæ scilicet casuram, & occisum iri à terræ motu septem hominum millia: reliquos timore percellendos, gloriāque Deo cæli daturos. Quæ omnia, non dubium, quin ad litteram, vt verba sonant, intelligenda sint.*
- II. Illud obseruandum cum sectatores Antichristi vsque ad eodē morte Enoch, & Helix triumphassent, vt gratulationis causa, quemadmodum docuit Ioannes, inuicem sibi munera miserint, repente illis resurgentibus, & in cælum palam ascendentibus timore perculsos, & obstupefactos tandem Sanctorum decus, & gloriā agnouisse, doluisseque maximè, quod eos fuissent persecuti. Ex quo duo colligenda sunt ad consolationem Sanctorum: vnum est labores eorum tandem finiri, & in gloriā, splendorēque conueri. Alterum in eorum inimicos, ac persecutores acerrimè à Deo animaduerti. Hoc enim significat ille terræ motus, quo septem hominum millia interibunt, compellenturque reliqui Sanctorum gloriā, & splendorem confiteri. Et quidem quod ad primum attinet: merito eā ob causam Christus

Exod. 34.  
Eorundem  
caecitas in  
Scripturis  
intelligendis.  
Rupertus.  
1. Cor. 3. 14.

Cur item di-  
catur Sodo-  
ma.  
2. Mach. 4.

Sanctorum  
labores fini-  
unt.

Christus Dominus Sanctorum statim laboribus huius vite vndique circūseptū comparauit parturienti mulieri, quæ acerbissimos dolores in pariēdo patitur: sed breuissimè dolores illi transeunt, & incredibili gaudio ob editum infantem compesantur. Quam etiam similitudinem vsurpauit Apost. Rom. 8. *Omnia creatura ingemiscit, & parturit usque adhuc. Non solū autem illa, sed & nos ipsi primitias spiritus habentes, & ipsi intra nos gemimus ad adoptionē filiorum Dei expectātes, hoc est, Non solū omnes creatura expectant nostrā remunerationē sperantes fore, vt tunc iam renouentur: sed etiam nos ipsi pressi laboribus gemimus, & persecutionū pressuris, ac doloribus fatigati ipsam filiorum Dei adoptionē, & gloriā parturimus. Itaque iustus cum se pressum laboribus viderit, cogitet se quali fortū gloriæ in ventre gestare, quam illis doloribus parturit. Hanc nimirum ob causam Sancti omnes in hac vita appellatur à Zacharia *vincti spei*: sic enim legimus c. 9. *Tu quoque in sanguine testamenti tui emisisti vinctos tuos de lacu, in quo non est aqua. Conuertimini ad munitionē vincti spei: hodie quoque annuntias duplicia reddā tibi*: quasi dicat Propheta Christum alloquens: Tu Christe rex potentissime sanctos illos patres qui in limbo tanquā in lacu, & carcere tenebantur, sanguine tuo, per quem fedus inter homines, ac Deū initū fuit, in libertatē vendicasti. Conuertimini igitur ad munitionē, seu locum munitū, hoc est, ad Christū *vincti spei*, id est, qui vincti speratis. Quo loco per *vinctos spei*, non solum Iudæi intelligendi sunt, vt plerique volunt, sed Sancti omnes, qui in hac vita labores pro Christo tolerant: qui *vincti spei* appellantur, quia dū vincuntur, dum coniciuntur in vincula, ibi adhuc sperant fore, vt è carceribus educti, hostibusque debellatis duplo maiora præmia accipiant, quàm sint ipsi labores: vnde sequitur: *Duplicia sperantium reddā tibi*. Aduertendū est autem eleganti periphrafi appellasse Prophetā mortales omnes *vinctos spei*, quia semper spe melioris fortunæ in suis laboribus sustentātur, quāsi sint ipsi vincti, & veluti captiui ipsius spei, cui nimirum seruiunt, & à qua tantquam ab hera, & domina sustentantur. Potissimum verò Sancti *vincti spei* dicuntur nō inuiti, sed voluntarij: quia ipsi se vltro ob vnā spem gloriæ in carceres, & vincula coniciunt. Nec minus elegans est illa Pauli similitudo, cum Sanctorum spem inter persecutionum discrimina anchoram appellauit Heb. 6. *Qui confugimus ad te speram habendam propositam spem, quam sicut anchoram habemus animā totam, ac firmam, & incedentem usque ad interiora velaminū*. Sicut enim anchora in medio fluctuum nauē retinet, ne à vento, & fluctibus abrepta disperat, ita spes Sanctos omnes in immenso vite huius Oceano, procellosisque laborum fluctibus ita retinet, vt firmi, securi que permaneat: quam anchoram propterea Apostolus in cælū iacere præcipit, imo in ipsa Sæcra sanctorum cælestia, tanquā in locum tutissimū, & propter remunerationis spem benè laborātibus promissæ ad firmandā anchoram, nauē que aptissimū.*

Quod verò attinet ad secundum, eo pertinet illud Psal. 57. *Laborabit iustus cum viderit vindictam, manus suas lauabit in sanguine peccatoris*. Quo loco Hebraicè pro eo, quod nos habemus, *manus suas*, habetur, *plantas suas*. Eode tamē recidit: significatur enim læticia, qua Sancti de impiorum vindicta gestient, eo quod ex eorum punitione videant Dei gloriā magis illustrari, ducta similitudine à victoribus, qui in hostium sanguine solent, pedes tingere. Aliud deflexerunt Cassio D. Hier. D. Aug. & Rem. volunt enim iustum lauare manus in sanguine peccatoris: j. cautiorē fieri, cum videret eius sanguinē, id est, eum à Deo castigatum. Quam eandem expositionē secutus est D. Greg. lib. 18. Mor. c. 13. *In peccatorum, inquit, morientium sanguine iusti lauanc manus: quia dum eorum pena conspicitur conscientis vita mundatur*. Et D. Bern. serm. 8. in Ps. *Qui habitat, Planē, inquit, non inquinabit in sanguine manus, sed lauabit, vt vnde ille cruentus magis, inde iste nitidior videatur: vnde ille plus sordet, inde iste pulchrius elucescat*. dicitur iustus.

Ioan. 16.

Rom. 28. 12.

Gloria laborum fetus.

Zach. 9. 11.

Christus locus munitionis.

Duplicia sperantium elegans periphrafi.

Sanctorum spem laboribus.

Heb. 6. 18.

III.

Psal. 57. 11.

Sanctorum læticia de impiorum vindicta.

Cassiad.

D. Hieron.

D. August.

D. Remig.

D. Gregor.

D. Bernard.

Castigato peccatore cautior red.

ditur iustus.

Verum hæc expositio non literalis est, sed mystica: ad literam enim significatur gaudium, quod iusti de malorum punitione concipient: quemadmodum etiam dicitur sub eadem similitudine Ps. 67. *Dixit Dominus: Ex Basan conuertam: conuertam in profundum maris: ut ininguatur pestuus in sanguine: lingua canum tuorum ex inimicis ab ipse, id est, Homines ex regione Basanitide, quæ paret Og hosti tuo sanissimo, ex ipsismet, inquam, regionibus inimicorum tuorum conuertam inimicos tuos in profundum maris, hoc est, in mare eos demergam, ut ita lætabundus possis lauare pedes tus in illorum sanguine, & canes tui eodem inimicorū cruore saturentur.*

## COMMENTARIUM QUARTVM EXEGETICVM.

De tertia visione Ioannis.

Quæ de tuba septimi Angeli Ioannes edisserat, explicantur.

### SECTIO PRIMA.



N postrema parte huius capituli commemoratur à Ioanne visio septimi Angeli tuba canentis. Et quidem tubæ sex Angelorum præcedentium varias persecutiones, & bella, quibus Ecclesia erat exercenda, terribili suo clangore denunciatur: hæc autem postrema tuba felicissimum illud tempus denunciat, in quo Christus hostibus suis debellatis gloriosè regnabit, ut manifestè significatur illis verbis: *Factum est regnum huius mundi Domini nostri, & Christi eius, & regnabit in secula seculorum. Quæ ob causam vigintiquatuor seniores, qui vniuersam Ecclesiam repræsentant, ut suo loco diximus, Christo Domino de peccato eius regno, & imperio gratulantes proni in faciem dixerunt: Gratias agimus tibi Domine Deus omnipotens, quia accepisti virtutem tuam magnam, & regnasti. Latati enim sunt quòd tempus illud aduenisset, in quo Christus probis quidem præmia, improbis autem supplicia largiretur. Tunc vero docet Ioannes apertum fuisse templum Dei in celo, visamque arcam testamenti, in qua licet aliqui velint significari arcana mysteria rerum futurarum, quæ in arca propter absconsonem figurentur: probabilior tamen est Bedæ, Primasij, Ruperti, Pannonij, & Richardi Victorin. sententia, per huiusmodi arcam testamenti humanitatem Christi accipientium, quæ sese videndam, & fruendam prædestinatis demonstrat. Fulgura verò, voces, & tonitrua, quæ subsequuntur; impiorum pænas grauissimas apud inferos significant. Atque hoc modo explicata visione non est, cur cum Ruperto, Pannonio, Hugo Card. & alijs hanc arcæ hæditis in celo apparitionem ad sequens caput referamus, ex eaque diuersam visionem, & caput duodecimum auspiciemur. Illud quoad contextum, & nexum visionis aduertendum, hanc tubam septimi Angeli regni Christi post iudicium denunciante adhiberi hoc loco per anticipationem: id quod necellario fatendum est, si quidem capitibus sequentibus de Antichristi persecutione susè à Ioanne disputatur: quæ tamen Imperij Christi felicitatem post iudicium futuram debet antecedere.*

*Ecclesia Christo Domino de peccato suo regno gratulatur.*

*Bedæ.  
Primasij.  
Pannonij.  
Victorin.  
Ruperti.  
Pannonij.  
Hugo Card.*

Cur